Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38125
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



126

fructibus longo tempore perfecerit. Restat ut se
curior de accepta peccatorum uenia effectus. Iam desi
deriis inhiantibus optet ubinire tempus quo merea
tur int beatissimos angelorum choros faciem uide
re sui creatoris. Quod qui uerae iter agit, nequa
quam absq; lacrimis uel huius uitae longitudinem
uel illius tolerat dilationem. Dicit ergo ista. Heu me
quod incolatus mis prolongatus est. Habitauit cum
habitantibus cedar. Id est cum his qui in tenebris errorum
ac scelerum uersantur. Quod uocabulum cedar sonat.
Ipse iam perpetuae lucis gaudia suspirans multum
laboriosam ducit uitam. qui quantum caelestem patri
am sitio, tantum uiciniam pravorum inter quos incola
conuersor horreo. Dicens sitiam de illa. Sitiuit an
ma mea ad dm uiuum. quando ueniam et parebo
ante faciem dei. Quam profecto sitim quia sine lacry
mis ferre nequibat. sequentia uerba declarant.
Fuerunt mihi lacrimae meae panes die ac nocte. Nesi ap
te dicere et. Quo diutius auidenda facie dei ad quem ar
dentem sitio differor, eo dulcius panes lacrimarum
quas in eius memoriam fundo reficior. Igitur altare
holocausti lacrimas insinuat paenitentium. de peccatis
quae gesserunt. Altare in christi. fletus et primitias gau
dentium de bonis operibus; quae dno iuuante perfecerunt.